

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Urkunden und Akten der Stadt Strassburg**

Nachträge und Berichtigungen zu Bd. 1 - 3. Register zu Bd. 2, 3 und 4,1

**Schulte, Aloys**

**Straßburg, 1898**

1256

[urn:nbn:de:bsz:31-326727](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326727)

recipiendi persistunt, non obstantibus predictis constitutionibus et sententiis aut certo canonicorum numero juramento confirmatione sedis apostolice seu quacumque firmitate vallato sive aliqua indulgentia sedis ejusdem, per quam receptio ipsius valeat impediri, prefatum rectorem ibidem in canonicum et fratrem instituere valeas et de  
 5 prebenda nulli alii de jure debita, si vacat ad presens vel quam cito se facultas obtulerit, providere, premissis constitutionibus et sententiis ac numero post ipsius receptionem in suo robore duraturis. datum Laterani 7 idus januarii anno secundo.

V aus Reg. Vat. tom. 24 fol. 169.

202. Meister und Rath der Stadt Straßburg beurkunden einen Güterkauf in  
 10 Königshofen durch das Straßburger St. Johanneskloster. 1256 Januar.

So köstent die frowen einen halben und zwenczig frühther acker und ein mettelin in Hermannes gesselin gelegen in dem ban zü Kungeshoven für lidig eygen one alleine daz mettelin, do get antweders ein pfening oder drie heilbelinge zü zinse von, umbe Agnes hern Reimboltes selgen dohter, der do hies Stübenweg, und hern  
 15 Hugen von Rodesheim ein ritter irs elichen mannes umbe sehs und drissig marg lüters und lötiges silbers, und seczent sich öch schuldener und wer der selben acker und hant ufgen alles das reht, daz sú an deme selben güte hettent oder haben möhtent in dieheine wis. und des zü einer gezügnisse so tün wir Reimbolt Clawes  
 20 oder hörent lesen, daz dirre köf in die wise, so do vor geschriben stöt, geschehen ist, und hant des unser stete gros ingesigel geheneket an disen brief. der wart geben in dem monat, der do heisset Genner, des jares, do men zalte von gotzbürte zweiff hundert jar und sehs und funfzig jar. und des zü einer merer sicherheit so was do bi Weczel von Eckeversheim, Heinrich von Wolfgangesheim, Peter Nope, Görlin  
 25 Hartunges dohterman, Burckart Spender der junge, der swarcz Johannes, Heinrich Marsilie, Nycolas Zorn, Rûlin Ripelin der junge, Reimboldo Virnekorn, Cüne Sûner, Johannes Erben sún rihter des rates, Hug Ripelin, Burckart sin sún, Reimbolt Stübenweg und ander, die öch do bi waren.

30 H aus Straßb. Hosp. A. Prot. S. Marc 206 fol. 1. Deutscher Auszug der lateinischen Urkunde von einer Hand des 14. Jahrh. gefertigt. (Schulte.)

203. Pabst Alexander IV trägt dem Bischof von Straßburg auf, das Mandat Pabst Innocenz IV auszuführen und die Kirche von Dossenheim Konrad dem Pförtner des St. Thomasstiftes zu Straßburg zu verleihen. 1256 März 14 Rom Lateran.

.. Episcopo Argentinensi. cum, sicut dilectus filius Conradus portonarius ecclesie sancti Thome Argentinensis nobis exposuit, felicis recordationis I[nnocentius]  
 35 papa predecessor noster tibi suis dederit litteris in mandatis, ut ecclesiam de Dosenheim tue diocesis ad collationem abbatis et conventus de Swargaha<sup>a</sup> ordinis sancti Bene-

a) Wohl verschrieben für Swargaha.



dicti ejusdem diocesis pertinentem, quam Johannes rector ecclesie ipsius paratus erat, ut dicebatur, libere resignare, ipsius libera resignatione recepta, eam sibi conferre curares, dummodo nulli alii specialiter deberetur, inducens ipsum vel induci faciens in corporalem ejusdem possessionem et defendens inductum, contra tu, licet eodem littere tibi fuerint presentate, tandem propter ipsius predecessoris obitum in hujusmodi negotio minime processisti. nolentes igitur, ut idem Conradus spe concepta de gratia sibi facta frustretur, mandamus, quatinus, si est ita, in negotio ipso procedas juxta litterarum continentiam earundem, non obstante, quod idem rector, qui vocatur Nicolaus, Johannes per errorem in eisdem litteris dicebatur. datum Laterani 2 idus marcii anno secundo.<sup>1</sup>

*V aus Reg. Vat. tom. 24 fol. 155.*

204. *Papst Alexander IV überträgt dem Able des Klosters Beaupré, dem Scholasticus des St. Salvatorstiftes von Metz und dem Thesaurar des St. Peterstiftes zu Straßburg die Untersuchung und Entscheidung des Streites zwischen dem Straßburger Domprobst Walther und dem Probst von Haslach über die Kirche von Zinsweiler. 1256 Mai 7 Rom Lateran.*

. . . Abbati monasterii Belliprati Cisterciensis ordinis Tullensis diocesis, . . . scolastico ecclesie sancti Salvatoris Metensis et . . . thesaurario ecclesie sancti Petri Argentinensis. sua nobis dilectus filius . . . prepositus ecclesie Hasilacensis petitione monstravit, quod Walterus prepositus ecclesie Argentinensis asserens, quod ipse, cum quo super pluralitate beneficiorum erat per sedem apostolicam dispensatum,<sup>2</sup> ad vacantem ecclesiam Zinswiler Argentinensis diocesis curam animarum habentem a vero patrono ipsius loci archidiacono, ad quem de antiqua et approbata et hactenus pacifice observata consuetudine institutio rectoris in eadem pertinet, fuerat canonicè presentatus et quod idem prepositus Hasilacensis institutioni sue ejusdem ecclesie se contra justitiam opponebat, super hoc in communi forma ad te, fili scolastice, apostolicas litteras impetravit. nos igitur volentes, ut judicium sine suspitione procedat, te, fili thesaurarie, ad petitionem ipsius prepositi Hasilacensis ac te, fili abbas, de utriusque partis procuratorum assensu cognitioni ejusdem negotii, non obstante, si per te, fili scolastice, vel per Balduinum tuum concanonicum, cui diffinitiva tibi sententia ac receptione testium reservatis in causa ipsa commisisse diceris vices tuas, in eodem negotio est processum, duximus adjungendos. quocirca mandamus, quatinus hujusmodi legitimo servato processu in causa ipsa procedatis per vos vel alios neutri parti suspectos juxta priorum continentiam litterarum. quod si non omnes etc. datum Laterani nonis maji anno secundo.

*V aus Reg. Vat. tom. 24 fol. 167<sup>o</sup>.*

<sup>1</sup> Unterm 13ten April 1256 bestätigt Papst Alexander IV der Abtei Neuweiler die Ueberlassung der Kirche von Hohatzenheim durch Bischof, Dekan und Domcapitel von Straßburg. *Aus Reg. Vat. tom. 24 fol. 174<sup>o</sup>.*

<sup>2</sup> *Vergl. nr. 193.*



205. *Pabst Alexander IV beauftragt den Erzbischof von Besancon, durch die Strafen der Excommunication und des Interdicts Rath und Bürgerschaft der Stadt Straßburg von ihren Feindseligkeiten gegen Bischof und Clerus der Diöcese Straßburg abzuschrecken. 1256 Juni 11 Anagni.*

5 . . . Archiepiscopo Bisuntino. venerabilis frater noster . . . episcopus et dilecti filii capitulum Argentinense ac universi prelati et clerici Argentinensis civitatis et diocesis sua nobis petitione monstrabant, quod, cum quidam cives Argentinenses perditionis filii nonnullos clericos ac personas ecclesiasticas ordinis videlicet fratrum predicatorum diversis injuriis affecissent, quibusdam eorum graviter verberatis et  
 10 quodam de ponte in aquam precipitato, quodam vero suspenso et alio afflicto diversis generibus tormentorum, idem episcopus, ut quos dei timor a malo non revocat, saltem pena coerceat temporalis, de consilio et assensu capituli prelatorum et clericorum predictorum provida deliberatione statuit, ut, si quis laicus earundem civitatis et diocesis aliquem clericum sive personam ecclesiasticam sacrilego ausu occidere aut mem-  
 15 brum mutilare presumpserit, officia et feuda, si qua tenebat ab ecclesiis vel personis ecclesiasticis predictarum civitatis et diocesis, ipso facto amittat et ex hiis nichil transeat ad heredes. adjecit etiam, quod officia et feuda hujusmodi infra 15 dies a die patrati sceleris per eos, ad quos eorum spectat collatio, aliis conferantur. dictus quoque episcopus de predictorum consilio et assensu contra laicos earundem civitatis  
 20 et diocesis, qui hujusmodi scelera perpetrarent, et posteritates eorum quedam alia statuta edidit honesta et juri consona, que reddundant in augmentum ecclesiastice libertatis, ad quorum observationem episcopus, capitulum, prelati et clerici predicti se astrinxerunt prestito juramento.<sup>1</sup> verum magister consules et communitas Argentinenses ac nonnulli nobiles et mulieres earundem civitatis et diocesis contra eosdem  
 25 prelatos et clericos propter hoc conspirantes eos per captionem et occupationem bonorum suorum ad infringendum hujusmodi statuta nituntur compellere in derogationem ecclesiastice libertatis ac episcopi prelatorum et clericorum predictorum non modicum prejudicium et gravamen. quare episcopus et capitulum prelati et clerici predicti nobis humiliter supplicarunt, ut providere ipsis super hoc paterna sollicitudine curaremus.  
 30 quocirca mandamus, quatinus, si est ita, magistrum consules universitatem nobiles et milites predictos, quod ab ipsorum injuriis super hiis omnino desistant, monitione premissa per excommunicationis in personas et in terras eorum interdicti sententias appellatione remota compellens, sententias ipsas usque ad satisfactionem condignam singulis diebus dominicis et festivis pulsatis campanis et candelis accensis publice  
 35 nuncios et facias ab aliis per omnia loca, in quibus expedire videris, nunciari, non obstante, si predictae communitati vel aliquibus aliis a sede apostolica sit indultum, quod extra suam civitatem vel diocesim trahi non possint in causam per litteras apostolicas, que de indulto hujusmodi plenam et expressam non fecerint mentionem,

<sup>1</sup> Vergl. UB. I, 258 nr. 346 Straßburger Synodalstatuten vom Jahre 1251.



et constitutione de duabus dietis edita in concilio generali.<sup>1</sup> datum Anagnie 3 idus junii anno secundo.

*V aus Reg. Vat. tom. 24 fol. 176.*

*Erwähnt bei Posse Analecta Vaticana p. 7. nr. 83. Vergl. UB. I, 301 Ann. 2.*

206. *Pabst Alexander IV beauftragt den Erzbischof von Besancon, er möge für die Aufrechterhaltung der von Bischof und Clerus der Diöcese Straßburg gegen die Gewaltthaten der Laien erlassenen Statuten sorgen. 1256 Juni 11 Anagni.*

. . Archiepiscopo Bisuntino. hiis etc. usque communita. sane petitio venerabilis fratris nostri . . episcopi et dilectorum filiorum capituli Argentinensis ac universorum prelatorum et clericorum Argentinensis civitatis et diocesis nobis exhibita continebat, quod, cum quidam cives Argentinenses etc. usque tormentorum, idem episcopus, ut quos dei timor etc. usque assensu capituli, prelatorum et clericorum predictorum deliberatione provida statuit, ut si quis laicus earundem civitatis et diocesis etc. usque ad heredes. adjecit etiam, quod officia et feuda hujusmodi etc. usque conferantur. insuper dictus episcopus de predictorum consilio et assensu contra laicos earundem civitatis et diocesis etc. usque libertatis.<sup>2</sup> cum autem nos eorundem episcopi capituli prelatorum et clericorum supplicationibus inclinati statuta hujusmodi, prout sunt honesta et juri consona, rata habentes et grata ea auctoritate apostolica duxerimus confirmanda,<sup>3</sup> mandamus, quatinus statuta ipsa facias per censuram ecclesiasticam appellatione remota firmiter observari. datum ut supra.<sup>4</sup>

*V aus Reg. Vat. tom. 24 fol. 176.*

207. *Pabst Alexander IV gibt dem Erzbischofe von Besancon den Auftrag, er möge Rath und Bürgerschaft der Stadt Straßburg dazu bewegen, daß sie ihrem Clerus wieder freie Ausfuhr und Verkauf von Getreide und Wein gestatten. 1256 Juni 11 Anagni.*

Eidem.<sup>5</sup> exhibita nobis venerabilis fratris nostri . . episcopi Argentinensis et dilectorum filiorum prelatorum et cleri Argentinensis civitatis et diocesis petitio continebat, quod . . magister consules et universitas civium Argentinensium de novo pro sue voluntatis libito statuerunt, ut nullus de civitate ipsa bladum vel vinum asportet, sicque pretextu statuti hujusmodi, quominus prelati et clerus predicti bladum suum et vinum de dicta civitate pro suis utilitatibus possint extrahere, impedire presumunt. si vero aliqui ex prelati vel clero predictis bladum vel vinum suum in eadem civi-

<sup>1</sup> Vergl. S. 14 Ann. 1.

<sup>2</sup> Vergl. nr. 205 und UB. I, 258 nr. 346.

<sup>3</sup> Vergl. UB. I, 301 nr. 401.

<sup>4</sup> Vergl. das Datum von nr. 205.

<sup>5</sup> Vergl. nr. 206.



tate vendi faciunt, magister consules et universitas predicti ab eis quandam summam pecunie contra justitiam exigunt et extorquent in derogationem libertatis ecclesiastice ac prelatorum et cleri predictorum prejudicium et gravamen. quare episcopus prelati et clerus prefati nobis humiliter supplicarunt, ut providere ipsis super hoc paterna sollicitudine curaremus. quocirca mandamus, quatinus, si est ita, eosdem magistrum consules et universitatem, quod prelatos et clericum predictos bladum et vinum suum de civitate ipsa extrahere, prout facere consueverunt a tempore, cujus memoria non existit, ac eos bladum et vinum suum vendi facere sine alicujus exactione pecunie libere patiantur, monitione premissa per excommunicationis in personas et in civitatem ipsam interdicti sententias appellatione remota previa ratione compellas, non obstante, si eis vel eorum aliquibus a sede apostolica sit indultum, quod extra suam civitatem vel diocesim trahi non possint in causam per litteras apostolicas, que de indulto hujusmodi plenam et expressam non fecerint mentionem, et constitutione de duabus dietis edita in concilio generali. datum ut supra.<sup>1</sup>

15 *V aus Reg. Vat. tom. 24 fol. 176.*

203. *Gottfrid von Ginsheim, Straßburger Bürger, mit seiner Gemahlin Junta schenkt seine Güter in Odratzheim und Niederhausbergen, sowie Haus und Hof auf dem Rossmarkt in Straßburg dem St. Markuskloster daselbst. 1256 Juli 8.*

Omnibus Christi fidelibus presens scriptum intuentibus Gotfridus dictus de Gunnesheim civis Argentinensis noticiam subscriptorum. notum sit universis et singulis, quod ego Gotfridus dictus de Gunnesheim civis Argentinensis una cum uxore mea Junta bona mea in Odratzhusen, in Hugesbergen inferiori, domum et curiam in foro equorum civitate Argentina pro remedio anime mee ac uxoris mee contuli monasterio sancti Marci Argentinensi cum pleno jure vere proprietatis, corporalem ipsis tradens possessionem libere pariter et absolute. conventus vero predicti monasterii promisit se recepturum in consortium suum uxorem meam predictam, si forte ipsa supervixerit me defuncto. ad hujus igitur facti evidentiam, ne qua in posterum super hoc calumpnia oriatur, presens instrumentum super predictis confectum sigillorum civitatis videlicet Argentinensis ac predicti conventus appensionibus duxi roborandum. acta sunt hec anno domini 1256, 8 idus julii. testes vero supradicte donationis sunt dominus Fridericus inter mercatores et duo filii sui videlicet dominus Cāno dictus Sāner et Fridericus, Nicholaus filius domine Berhteline, dominus Rūdolfus de Vegersheim, Guntherus dictus Kazzenore, Sigelinus apud sanctum Thomam.

*S aus Straßb. St. A Vord. Dreizehn. Gew. u. 70. or. mb. c. 2 sig. pend. delaps.*

209. Alexander IV papa episcopo Argentinensi petitione sua monstranti, quod Innocentius IV papa devotionem suam et ecclesie sue necessitatem, quam pretextu negotiorum generalis ecclesie per suos inimicos incurrerat, diligenter attendens ipsi

<sup>1</sup> *Vergl. nr. 205.*